

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 129v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 41 [Gn. 40]

[41] Conqueritur<sup>a</sup> vir super alterum pro bonis, quod sua sit hereditas, et ille teneat cum iniuria, et sua vera sit hereditaria successio a suo patre, aut ab alio suo agnato, vel a suo predecessor, et si ille conparet super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum defensorem, et quod bona possederit pacifice et quiete, anno et die, contradictione qualibet non obstante et est iuste et rite meum premium censuale, ipsum oportet suum defensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defensore sua bona conservat, si defensus fuerit, ut iuris est, a defensore. Sin autem sibi defectus fuerit in defensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, seu porcionem naturalem, facilius quam alter emptam prioprietatem, aut obligatam proprietatem, aut datam, aut premium censuale.

<sup>a</sup> ozdobny inicjał S wysokości dwóch wersów

[hasła: skarga, nieruchomość, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]